

scintillæ ex igne emicantes, non flamma, plenam de se lucem diffundens) non ubiqve sive in omnibus, sed in his illisve *subinde emisisse!* Quæ itaqve te mentis infania occupat, *Arnolde*, ut contra scientiam tuam & conscientiam, (quis enim in tam diffusa omnium scriptorum lectione ignorasse te hæc credere possit?) consensus illius scriptoribus imputes, daß sie Chrylostomum, Augustinum, Thomam Aquinatem und andere zu guten Lutheranern zumachen in grossen Büchern/ (ut nempe in longè majoribus vastioribusqve libris omnes hæreticos in bonos Christianos convertis tutemetiple, non obstante, quod iisdem non in omnibus singulisqve assentiaris, eosdemqve ut testes veritatis (*) prolixè dilaudas) bey der handgreifflichen Mißhelligkeit sich bemühet haben? Neqve est, quod excipias, nisi scriptores illi Lutheranis in omnibus consentiant, bonos eos non fore Lutheranos. Illa enim ipsa locutio: zu guten Lutheranern machen/ crassam in Te calumniandi libidinem manifestat. Nec enim quisquam unquam dixit, Thomam Aquinatem bonum Lutheranum fuisse, quæ loqvendi ratio plenissimum Thomæ cum nostrâ doctrinâ consensum arguit, quem longè a se removit Dorscheus. Aut si talis cuiquam loqvella excidit, bonum is Lutheranum non $\alpha\omega\lambda\omega\varsigma$, sed $\kappa\tau\lambda$, secundum multa nempe, aut præcipua etiam capita, quæ nos inter & Pontificios disceptantur, & nos ab invicem dirimunt, intellexit. *Verius* id equidem de Chrylostomo & Augustino enunciaveris, qui neqve iis obsepti fuerunt tenebris, quæ Aquinatis seculum obnubilarunt, & quicquid erroris ex ævi jam inclinantis genio iisdem adhæ-

(*) Tom. IV. p. 760.